

1537 Venetorum cum Cæsare consociatis armis, neque ad certaminis aleam subeundam, neque ad obſistendum pares vires adhibere posset? Hæc gravi admodum, ac vehementi oratione a Marco Antonio Cornelio disceptabantur, ut Senatum a Gallis penitus avulsum in Cæſareano fœdere retineret.

Oratio Leo-
nardi Hai-
mi.

Contra vero Leonardus Haimus, qui majorum Praeconsul-torum numero erat, acerbo nimis Senatus decreto amicum Reipublicæ Regem laceſſere, neque moris esse, neque a Reipublicæ detrimento ſejunctum censere: non eas esse temporum rationes, ut fœdera cum Gallis ſancirentur; attamen minime illorum ſocietatem ſpernendam: recondere inimicitiarum, atque odiorum ſemina ſummos Principes confuesſe, quæ ſæpius in auctores erumperent: id vero ſummo confilio, prudentiſſimo Senatus iſtituto, poſtquam praeter ceteros Principes Imperator, & Galliarum Rex eminerent, effectum fuſſe, ut quantum in ſe eſſet, illorum potentia, ac vires, aequabili veluti lance libratae, conſiſterent, ne alter nimiis incrementis auctus, formidolofior ceteris fieret, adſpirantisque fortunæ illecebris corruptus, in reliquos insurgeret: bis artibus Rempublicam velutice ſcopulofī maris aeftibus eruptam fuſſe: cur igitur modo vetuſtæ Gallorum gentis amicitiæ obliti, ita Cæſari vellent adhæreſcere, ut Regem Reipublicæ amantissimum, cuius diſſicillimis temporibus auxilia experti eſſent, omnino infenſum ſibi redderent? ac ſemina Italici belli eo pernicioſiora jacerent, quod eodem tempore & propinquæ belli faces in Gallia Cisalpina accenderentur, & communes cbriftiani nominis boſtes ob noſtra diſſidia veblementius ſævire, maritimaque diſionis Venetæ loca poſſent acrius invadere? Neque vero Galliarum Regis au-ſtoritatem ad Suleimani animum placandum, ac periculofiſſum bellum a Republica avertendum, parvi aeftimandam, quem ſatis conſtaret ingentis bujus ex Helleſponto emittendæ clafſis auctorem fuſſe. Unum Cæſarem utroſque communem boſtem babere; in illum hæc arma parata, ni immaturo conſilio in Rempublicam convocarentur. Quocirca diſſicillimis in rebus opportuna cunctatione utendum, ſæpius evenire, ut que humanae prudentiæ opem effugiunt, mora, ac tractu temporis diſcutiantur. Hæc, orationis ſumma gravitate, atque auctoritate ad mitigandos Patrum animos, ne nimio ardore conci-tati